

soin. Enfin toute la flotte s'étant réunie, on fit voile vers Lisbonne, devant laquelle on arriva le 28 juin, veille de Saint-Pierre et de Saint-Paul. Dans le même jour parut à la vue de la place Alphonse Henriques, roi d'Espagne, avec son armée de terre. On fit aussitôt la descente, et le premier juillet les faubourgs furent emportés. Ensuite pendant tout le cours du mois on livra divers assauts à la ville avec assez peu de succès. L'avantage de son assiette, la bonté de ses fortifications et le courage des assiégés menaçaient les croisés d'une longue résistance, et ne leur annonçaient pas même une victoire bien certaine. Ces pronostics, loin de les abattre, redoublèrent leurs efforts et leur industrie. On imagina de construire deux grandes tours de bois sur le bord du fleuve, l'une à l'orient de la ville, où les Flamands se logèrent, l'autre à l'occident, qui fut occupée par les Anglais. On fit outre cela quatre ponts appuyés chacun sur six vaisseaux, d'où l'on pouvait passer sur les murs de la place. Les assiégés en différentes sorties ruinèrent une partie de ces ouvrages. Heureusement ils furent réparés avec promptitude. Enfin après quatre mois de siège une mine ayant fait sauter deux cents pieds de muraille, les croisés, encouragés par le roi d'Espagne, firent effort pour entrer par la brèche. Le combat fut encore opiniâtre; mais les assiégés épuisés de fatigues, et ne voyant plus de ressource, demandèrent à capituler le jour de Sainte-Ursule, 21 octobre. La proposition fut acceptée, et les conditions furent que la ville demeurerait au roi d'Espagne et le butin aux croisés. Tel est le précis de la relation d'Arnoul, différente de celle de Robert du Mont (2) adoptée par M. Fleury (3), en ce que celle-ci fait attaquer la ville par les croisés de dessus leurs vaisseaux, tandis que le roi l'assiégeait par terre; au lieu que notre auteur, témoin oculaire, atteste que les premiers débarquèrent aussitôt après leur arrivée, placèrent leurs tentes dans la campagne, et firent sur terre avec les Espagnols presque toutes les opérations du siège.

(2) Ad an. 1147.

(3) Hist. ecclcs. t. XIV, l. LXIX, n. 21.

EPISTOLA ARNULFI

AD MILONEM EPISCOPUM MORINENSEM.

Quomodo Ulixisbona capta est

(MARTEN. *Ampl. Collect.*, t. 1, col. 800, ex ms. Aquicinctensi et Gemblacensi.)

MILONI venerabili Tarvanensi episcopo, ARNULFUS A Dei gratia id quod est, spiritum sapientiæ subditis providere.

Scimus murum virtutum vestrarum turrim humilitatis adeo munisse, ut hostis ille antiquus longius arceatur, quod experimento didicimus, quando nobis sanctitas vestra condescendit, et navales motus sacratissima benedictione dexteræ vestræ circumsepsit, ut nec procellarum motu turbaremur nec flaminum. Quapropter nos positi in valle lacrymarum in compendio vestræ paternitati transcribimus, quem Rex regum trunculis suis fecerit statum. In Angliæ portu qui Tredemunde [*al.* Tredemunde], dicitur, undique terrarum divino flamine compulsus convenit navalis exercitus. In vi feria ante Rogationes navigavimus cum ducentis fere navibus, et continuos septem dies et noctes in alto mari laborantes, in vigilia Ascensionis et in ipsa die solemnī sævissima tempestate quassati, octavo demum die in portum Hispaniæ qui Gollim [*al.* Gozzen] dicitur cum quinquaginta fere navibus, cæteris circumquaque dispersis, appulimus, ubi per tri-duum fessa corpora curantes, rursus in portum qui Viver dicitur venimus. Inde exeuntes vi feria ante Pentecosten, in portum Galliciæ qui Fambre dicitur appulimus, qui portus a Sancto Jacobo octo

milliaribus distat. Ad cuius venerabile sepulcrum in vigilia Pentecostes venientes, sanctam solemnitate cum magna hilaritate celebravimus. Unde ad portum revertentes in octavis Pentecostes navigavimus. Secunda feria ad Portugalim per alveum fluminis qui Dorius dicitur applicuimus, ubi episcopum civitatis ejusdem adventum nostrum cum magno gaudio juxta præceptum regis præstolantem reperimus. Ubi per dies xi adventum comitis Arnoldi de Ardescot [*al.* Arnulfi de Arescot], necnon Christiani constabularii, qui a nobis prædicta tempestate divisi erant expectantes, æquam venditionem tam vini quam cæterarum deliciarum ex benevolentia regis habuimus. Exinde comite Arnaldo simulque constabulario receptis, navigantes, et alveum fluminis qui Tangus dicitur intrantes, secunda die apud Ulixisbonam in vigilia apostolorum Petri et Pauli appulimus. Quæ civitas, sicut tradunt historiæ Saracenorum, ab Ulixæ post excidium Trojæ condita, mirabili structura tam murorum quam turrium super montem humanis viribus insuperabilis, fundata est: circa quam figentes tentoria Kalendis Julii, suburbana ejus, divina virtute adjuti, cepimus. Post hæc assultus varios circa muros non sine magno nostrorum et illorum detrimento facientes, usque ad Kalendas Augusti in machinis

faciendis tempus protraximus. Siquidem duas turres juxta littus, unam in orientali parte, ubi Flan- drigenæ consederant, alteram in occidentali, ubi Angli castra locaverant, magno sumptu construximus. Pontes etiam quatuor in navibus, sex per quos nobis aditus super urbis muros paterent, construximus. Hæc in Inventione beati Stephani protomartyris admoventes, vento contrario repulsi, necnon et magnellis [*al.* maganellis] quodammodo læsi, naves retraximus. Deinde nobis ex nostra parte pugnantibus cum Saracenis, Anglici minus caute suam turrim custodientes, hanc ex improvise igne succensam extinguere non potuerunt. Interim nos quadam machina murum effodere cœpimus. Quod videntes Saraceni, igne oleo admisto, eandem machinam in favillam redegerunt, magistrum etiam machinæ in fractura muri lapidaverunt. Præterea mortes innumeras tam magnellis quam sagittis nostris inferentes, ipsi quoque a nostris puniti sunt. Nostris de fractura machinarum et suorum contributione, aliquantisper fracti, in misericordia Dei sperantes, ingenia et machinas reparare cœperunt.

Interea Saraceni civitatis, qui alimentis abundabant, suis concivibus egentibus alimenta adeo subtrahabant, ut quamplurimi eorum fame morerentur, quidam autem eorum canes et cattos non abhorrebant devorare. Horum pars plurima Christianis se obtulit, et baptismi sacramenta suscepit. Quidam autem illorum, truncatis manibus ad murum remissi, a suis concivibus lapidati sunt. Multa nobis adversa seu prospera secundum quod varius eventus est belli, acciderunt, quæ propter proximitatem vitandam silentio transivimus. Et si qui forte sunt, qui ea latius explicant, reservamus. Tandem quidam Pisanus natione, vir magnæ industriæ, circa nativitatem sanctæ Mariæ turrem ligneam miræ altitudinis in ea parte qua prius Anglorum turris destructa fuerat coaptavit, et opus laudabile tam ex regio sumptu quam ex totius exercitus labore circa medium Octobris consummavit. Similiter quidam sub muro civitatis ingentes cavationes suo ingenio et multorum auxilio fecit; quod Saraceni moleste ferentes, in festo Sancti Michaelis circa horam tertiam latenter exeuntes, nobiscum usque ad vesperam super foveam pugnam continuabant. Nos autem, sagittariis eis oppositis, vias per quas redire sperabant, adeo vallavimus, ut vel nullus, vel vix aliquis eorum sine plaga evaderet. Hinc nostri die noctuque laborantes, opus subterraneum lignis levigatis impletum eadem die consummaverunt, qua rex cum Anglicis muris turrem suam applicabat.

A Siquidem in ipsa nocte Sancti Galli abbatis, igne fossæ imposito, lignisque ardentibus, corruit murus spatio ducentorum pedum. Nostri de tanta ruina somno expergefacti, sumptis armis, cum magno clamore assiliebant, sperantes vigiles custodes murorum fugisse. Ad ruinam autem cum venissent, mons aditu difficilis supereminebat, et turba Saracenum parata stabat in defensione. Nihilominus autem nostri assiliebant, nec a pugna media nocte imbecuta usque ad diei horam nonam cessabant. Tandem variis percussionibus attriti, pugnæ se subtrahabant, quosque communicatio turris admoveretur [*al.* amoveretur], et sic Saracenum populus hinc inde vexaretur. Et ecce turris viris bellicosus impleta muro supereminebat. Eadem hora exercitus nostræ partis, Lotharingis ad fracturam murorum indicio pugnantibus, Saracenos mirabili assultu impetebant. Interim milites regis, qui in arce turris pugnantibus, magnellis Saracenum territi, minus viriliter pugnabant, usque adeo quod Saraceni exeuntes turrem concremassent, siquidem de nostris, qui casu ad eos venerant, non obstitissent. Hæc [*al.* hujus] periculi fama cum ad nostras venisset aures, meliores exercitus nostræ partis ad defendendam turrem, ne nostra spes in ea annullaretur, transmisimus. Videntes autem Saraceni Lotharingos et Flamingos tanto fervore in arcem turris ascendentes, tanta formidine territi sunt, ut arma submitterent, et dextras sibi in signum pacis dari peterent. Unde factum est ut Alchaida princeps eorum, hoc pacto nobiscum conveniret, ut noster exercitus omnem suppellectilem eorum cum auro et argento acciperet, rex autem civitatem cum nudis Saracenis et tota terra obtineret. Consummata est autem hæc divina non humana victoria in ducentis millibus et quingentis viris Saracenum in festo undecim millium Virginum. Unde nomen ejus glorificamus, in quo et per quem omnia, qui est benedictus in sæcula. Sciat is itaque quorundam fratrum nostrorum corpora variis occisionibus extincta apud Ulixisbonam sepulta esse. Hujus pacis testes sunt quidam quos divina clementia mutos a nativitate loqui fecit, unum in festo Sancti Gerenos sociorumque ejus atque secundum a somno excitavit, et ad sepulcrum martyrum, sicut ei visum est, manu splendidissimi viri perduxit, ibique in exstasi prostravit et vinculum linguæ solvit. Similiter et alium quemdam ejusdem clementiæ gratia ibidem festo Omnium Sanctorum loquentem audivimus et laudantem eum qui est mirabilis in sanctis suis. Valet.